





18.
56.

COLLEGII FEUDALIS
DISPUTATIO XI.
De
MODIS ET CAU-
sis amittendi feudum.

Quam,

D. O. M. A.

In celeberrima Academia VVite-
bergensium

SUB PRAESIDIO

HELFRICI ULRICI HUNNII

Marpurgensis Hessi J. U. D.

Privati exercitij causâ proponit

PAULUS Hornigk CYGNÆA
Misnicus Alumnus Electoralis.

Ad d. em 1. Augusti horis & loco consuetis.



VVITTEBERGÆ

Typis Laurentij Seuberlichij.

VIRIS,
STRENUO AC NOBILISSIMO,

Dn. JANO à Quingenberg / hereditario
in Weigen Thuma vno Zadelshorff /

ILLUSTRISSIMI AC POTENTISSIMI ELE-
ctoris Saxoniae Consiliario, & Supremi Ec-
clesiastici Judicij, quod est Dresdae, Praesidi
celeberrimo;

MAGNIFICIS, CONSULTISSIMIS,
AMPLISSIMIS,

Dn. LEONHARTO CÖPPELIO, J. U. D.
Supremi dicasterij, quod appellationum
vocant, nec non Supremi Synedrij Ecclesia-
stici Dresdae assessori clarissimo; juxta &
Syndico Reipub. Pirnensis dignissimo.

Dn. LUCAE BEEKMANO, J. U. D. ff. veteris
& consuetudinum feudalium Professore in
Electoralia Academia VVitebergensi publi-
co, ibidemq; Consistorij Ecclesiastici ac Sca-
binatus; Dicasteriorum verò, per inferiorem
Lusatiam Regij, & per Saxoniam Electora-
lis, assessori dignissimo;

*Dominis, Promotoribus & Fautoribus
suis aeternum observandis, honorandis*

Hoc exercitium feudale in debita
gratitudinis & observantiae testimo-
nium merito

*Consecrat & offert Res-
pondens.*





DISPUTATIO FEUDALIS. XL

De

MODIS QUIBVS FEV-

dum amittitur ac finitur.

THESIS. I.

Hactenus quibus mo-
dis feudum constituatur & acqui-
ratur, expositum est; Sequitur nūc
dicendum de modis quibus feu-
dum legitimè constitutum & acquisitum rur-
sus amittatur.

II. Qui, etsi sub certa aliqua regula & rotun-
da definitione, propter varietatem illorum ac
multitudinem, vix ac ne vix quidem compre-
hendi possint, prout ipse scribit Feudista O-
bertus in *tit 23. lib. 2 Feud.*

III. Principales tamen ad hæc duo gene-
ra revocare conabimur: ut nempe feudum a-
mittatur, eoq; vasallus disvestiatur vel propter
Feloniam, hoc est, culpam ipsius propriam: vel
citra culpā, *Rittersh. in part. feud. lib. 2. c. 5. quæst. 4.*

IV. *Felonia* sive culpa, ob quam vasallus feu-

A 2

do

do privatur, consistit vel in committendo vel
in omittendo. *Vult. in com. feud. lib. 1. cap. 11. n. 16.*
Wesen. de feud. c. 15. n. 14.

V. Illa perpetratur cum in ipsum Dominum;
idq; aut directò: aut verò per consequentiam:
Tum in extraneos. *Vult. d. c. 11. n. 18.*

VI. Directò in Dominum feloniam committi-
tur, quotiens Dominus immediatè atq; in pro-
pria persona læditur: Id quod accidit primo
cum senior à vasallo occiditur *arg. tit. 24. §. porro*
lib. 2. F. Rittershus. in partit. feud. c. 5. q. 5.

VII. Nisi forsan sui defendendi gratiã va-
sallus seniorem interemerit, cum se adversus
vim Domini injustam aliter tueri non posset.
arg. l. 3. ff. de just. & jur. l. 2. §. l. 3. C. ad L. Cornel.
de Sicar. Ludolph. Schrader. in tractat. feud. part.
9. cap. 4. n. 54. & seqq. Rittersh. in part. feud. d. lib.
2. cap. 5. quest. 7.

VIII. Aut nisi Dominum in adulterio uxoris
sue depræhensum interfecerit. *Schrader. d. cap.*
4. n. 92. Rittershus. d. c. 5. quest. 8.

IX. Quin etiam si insidias solùm vitæ Domi-
ni struxerit vasallus, eumve hostiliter aggressus
fuerit, quantumvis mors Domini insecuta non
fuerit, feudo nihilominus privatur *tit. 5. §. simi-*
liter. lib. 1. & tit. 17. §. si scienter & tit. 24. §. porro.
l. 2. Feud. Zas. part. 10. n. 37. in fine cū seq. Rittersh.
d. c. 5. quest. 5. Sneidervv. in Fpit. feud. part. 8. n. 155.
Vult.

Vultejus d. cap. II. n. 20. Schrader. d. part. 9. c. 4. n.

47.

X. Secus verò si tantum cogitaverit de nece Domini; non tamen propositum suum in effectum produxerit, sed ab eo pœnitentiâ ductus destiterit *tit. 51. § si voluerit lib. 2. Feud. ibidemq. Hotom. Rittersh. d. quæst. 5. et seq. Sonsbec. part. 1. 12.*

n. 38.

XI. *Secundò* immediatè atq; directò offenditur Dominus, cum gravem aliquam & insignem injuriam patitur à fideli, & aut pulsatur, aut vulneratur *tit. 24. § porro lib. 2. F. Borcholt. c. 8. n. 110. Rittersh. d. c. 5. quæst. 9. Sneidevvin. part. 8. n. 92. Et seqq.*

XII. *Tertiò* si inhonestâ aliquâ verbali afficiatur injuriâ *d. tit. 24. § porro. lib. 2. F. Vult. d. cap. II. Rittershus. d. cap. 5. quæst. 10. Sneidev v. d. part. 8. n. 98.*

XIII. *Quartò* si vasallus cum hostibus Domini amicitiam copulaverit. *tit. 57. lib. 2. F. Sonsbec. part. 12. n. 43. Zas. part. 10. n. 32 Vult. cap. II. n. 29. Sneidev v. part. 8. n. 55. Borch. c. 8. n. 121. Rittersh. d. cap. 5. quæst. 12.*

XIV. Quod tamen sic accipiendum quidam recte monent, ut tunc demum propter amicitiam cum hostibus domini contractam vasallus feudo privetur, si talis amicitia cum damno & fraude domini conjuncta sit, & in perniciem e-

A 3

jus

ius tendat. *Zasius part. 10. n. 32. cū seqq. Rittersb. in
partit. feud. c. 5. quest. 12. Borcholt c. 8. n. 121. cum sq.
Sneidevvin. d. part. 8. n. 54.*

XV. In dubio verò probatio hujus rei in-
cumbet Vasallo, ac pro Domino contra vasal-
lum militabit præsumptio *Zas. d. n. 32. Rittersb.
d. quest. 12. Sneidevvin. d. part. 8. n. 59. Diss. Rosenth.
in synopsi feudali cap. 10. concl. 27.*

XVI. Quintò offenditur Dominus à vasallo,
si hic senioris sui delator existat, & per delatio-
nem istam Dominum grave dispendium susti-
nere faciat *tit. 24. §. item si delator. lib. 2. Feud.
Borch. d. cap. 8. num. 112. Rittersb. in d. cap. 5. quest.
19. Sneidevvin. d. part. 8. n. 73. Duaren. de feud. cap.
14. n. 13. Wésenbec. de feud. c. 15. n. 5. Sonsb. part. 12.
n. 46.*

XVII. Sextò offenditur dominus à vasallo di-
rectò atq; immediatè, si is de crimine capitali
seniorem accusaverit; sive per se hoc fecerit, si-
ve per alium *arg. l. 10. ff. de jur. patron. l. 14. §. is de-
mum eod. Zas. d. part. 10. n. 40.*

XVIII. Adeò ut etiam veritas criminis va-
sallum accusatorem, à pœna amissionis feu-
di non excuset. *Rittershusius d. c. 5. quest. 14. Et
seq: Sonsbec. part. 12. n. 48. Curt. Jun. part. 4. num.
62 Forner. in com. feudal. pag. 106. Duaren. d. c. 14.
n. 14.*

XIX.

XIX. Præterquam si suam suorumq; injuri-
am vasallus persequatur. *Zasius d part. 10. n 47.*
Wesemb. in com. feud. c. 15. n. 5. Rittersh. d. c. 5. quest.
16.

XX. Aut impetratâ abolitione Criminis,
pœnitentiâ ductus, ab accusatione destiterit
Vult. d. cap. 11. num. 27. Rittershus. d. c. 5. quest. 16.

XXI. Aut verò de crimine læsæ majestatis
Dominum accusarit. *arg. Nov 115. c. 3. Duaren. c.*
14. n. 15. Rittersh. d. q. 16.

XXII. Septimò Dominus directò offenditur,
& vasallus feudo privatur, cum hic famosâ acti-
one Dominum pulsat. *Vult. d. c. 11. n. 27. Rittersh.*
in d. c. 5. quest. 25.

XXIII. Aut quâcunq; ratione famam ejus
& existimationem lædit; ut Dominum sine ve-
nia in jus vocando: adversus eundem interdi-
ctum unde vi movendo etc: *Vide disputat. 10-*
thes. 3. § 5.

XXIV. Octavò si adversus Dominum testi-
monium dixerit in caussa criminali, vel civili
n. odic. tit 33. vers. similiter lib. 2. Feud. l. 4. ff. de te-
stib. 9. Zas. part. 10. n 50. Wes. c. 15. n. 5. Sonsb. part. 12.
n 68 Duar. c. 14. n. 15. Borch. de feud. c. 8. n. 128. Diss.
quoad causam modicam Rittersh. in d. c. 5. q. 17. post
Cujac. in d. §. similiter.

XXV. Etiam si hoc facere à judice fuerit jus-
sus. *Vide Zas. part. 10. num. 49. Borcholt de feud.*
cap. 8.

8. n. 128. Rittersh. in partit. feud. c. 5. quest. 18. Vult. d. c. 11. n. 27. Rosenth. c. 10. concl. 34.

XXVI. Exceptâ solâ causâ feudali, in qua adversus dominum vasalli testimonium omninò admittitur tit. 32. § 33. §. quod a. dictum est lib. 2. F. Zas. part. 10. n. 49. Rittersh. d. c. 5. quest. 18.

XXVII. Nonò offenditur persona domini, cum vasallo adversus dominum in magna & gravi causa malè judicat, sententiaq; eij in causa appellationis ex iisdem actis rescinditur. Vult. d. c. 11. n. 27. Rittersh. d. c. 5. quest. 20. Zas. part. 10. n. 47. § 50. Curt. Jun. part. 4. n. 29.

XXVIII. Decimò cum arcana Domini scienter, dolo malo revelat tit. 17. l. 1. Feud. Sneidev. part. 8. n. 51. § seqq. Borch. c. 8. n. 126. Vult. cap. 11. n. 21. Wes. c. 15. n. 5. § 6. Sonsbec. part. 12. n. 62. Zasius in Epit. feud. part. 10. n. 34.

XXIX. Etiam si doloso proposito eventus damni non respondeat arg. l. divus 14. ff. ad L. Cornel. de sicar. l. 53. ff. de furt. Rittershus. in d. c. 5. quest. 22. Borcholt. c. 8. n. 126. Schrader. part. 9. c. 5. n. 52. Diss. Zas. d. part. 10. n. 34. Sonsbec. part. 12. n. 62.

XXX. Undecimò dominus directò offenditur, & ex hoc feudo vasallus privatur, cum fidelis aut leniorem suum, aut feudum ipsum abnegat tit. 25. §. vasallus si feudum lib. 2. Feud. Vult. d. cap. 11. n. 28. Sneidev. in part. 8. n. 39. Rittersh. d. c. 5. q. 28. Sonsbec. part. 12. n. 63.

XXXI

XXXI. Sive abnegatio illa judicialis sit, sive extrajudicialis *arg. tit. 24. §. 26. lib. 2. F. Duaren. de feud. c. 14. n. 23. Rittersh. in partit. feud. d. cap. 5. q. 29.*

XXXII. Et sive totum feudum negetur, sive pars aliqua: Quamvis partem negantem, saltē parte illā privari, æquius videatur *Borch. c. 8. n. 115. Rittersh. d. c. 5. quæst. 35.*

XXXIII. Atq; hisce modis feudum amittitur ob culpam in ipsius Domini personam directò & immediatè commissam. Per consequentiā felonia committitur in dominum, quādo personis potestati & affectui ejus suppositis injuria aliqua infertur, aut res Domini læduntur, *Vultejus d. c. 11. n. 18.*

XXXIV. Quorum illud accidit, cum vasallus uxori domini sui concubuerit, *tit. 5. §. item si fidelis. tit. 21. §. fin. vers. vel si concubuerit. Duaren. c. 14. n. 11. Sonsb. part. 12. n. 16. Borcholt. d. c. 8. n. 91. Vult. cap. 11. n. 31.*

XXXV. Aut sponsæ ejus stuprum intulerit. *Sonsb. part. 12. n. 18. Wesenb. c. 15. n. 5. Rittersh. d. cap. 5. quæst. 102. Zas. part. 10. n. 27.*

XXXVI. Non tamen si viduam Domini stupraverit. *Vult. d. cap. 11. n. 31. vers. quid de vidua. Diss. Schrader. part. 9. c. 2. n. 5. et seqq. Sösb. part. 12. n. 16. Zas. part. 10. n. 27. Borch. d. c. 8. n. 96.*

XXXVII. Aut si filiam senioris, neptimve vel

B

nu

nurum vitiarit. *d. tit. 5. §. item si supra verit. Zas. part. 10. n. 24. Sonsbec. part. 12. n. 26. Vult. d. n. 31. v. sed nō Duar. c. 14. n. 11. Wes. d. c. 15. n. 5. Borch. c. 8. n. 9.*

XXXVIII. Aut cum matre Domini sui. *Vult. d. n. 31. Diss. Sonsbec. part. 12. n. 19.*

XXXIX. Aut cum sorore ejus, quæ adhuc in domo ipsius est. *d. tit. 5. §. item si fidelis. Borch. d. c. 8. n. 95. Sonsbec. part. 12. n. 28.*

XL. Aut deniq; cum pedissequa illius rem habuerit. *Rittershus in d. c. 5. quæst. 105. Diss. Vult. d. c. 11. n. 31. vers. V xori. Sonsb. part. 12. n. 22.*

XLI. Sive volentibus his, sive invitis. *Vult. d. c. 11 n. 31. in fine. Schrader. part. 9. c. 2. n. 19. Zas. part. 10. n. 27.*

XLII. Res Domini lædi, exindeq; feudū amitti dicitur, cūm dominō inconsultō, dolo malo feudū alienatur. *tit. 5. in fine, et tit. 21. §. si quis miles lib. 1. F. Borch. c. 8. n. 28. Zas. part. 9. n. 26. Vult. c. 11. n. 40. Duaren. c. 11. n. 16. Sonsb. part. 12. n. 70.*

XLIII. Sic tamen ut si totum alienet vasallus toto privetur, sin partem, solūm partem amittat. *Borch. d. c. 8. n. 32. §. seqq.*

XLIV. Item si insigne aliquod detrimentum rei feudali inferat vasallus. *tit. 24. §. Et præterea in verb. grandem jacturam lib. 2. Feud. Schrader part. 9. c. 6. n. 69. Zas. part. 10. n. 54. Vult. c. 11. n. 39. Sonsb. part. 12. n. 67. Wesenbec. cap. 15. n. 6.*

XLV. Aut alijs rebus ac possessionibus Domini,

ni,

ni, velut arcibus, castris, vicis aut civitatibus
damnum vasallus faciat. *tit. 3. vers. tutum. § tit. 7.*
vers. etsi contigerit lib. 2. Feud. junct. tit. 21. l. 1. Feud.
Sneide v. part. 8. n. 168. § seqq. Wesenb. c. 15. n. 5.
Vult. d. cap. 11. n. 38.

XLVI. Ob culpam adversus extraneum com-
missam feudum amittit vasallus: quando parrici-
dium in proprio fratre aut filio, non etiam in fra-
tre Domini sui, committit. *tit. 24. vers. denique et*
vers. si vero non in Dominum, § tit. 37. in pr. lib. 2.
Feud. Borch. c. 8. n. 102. Vult. d. cap. 11. n. 34. Sneide
v. vin. part. 8. n. 158. § 159. Duaren. c. 15. n. 1. We-
senb. c. 15. n. 5. Sonsb. part. 12. n. 52. § seqq.

XLVII. Quod etiam ad quodvis parricidium
extendendum omnino videtur. *Vult. d. c. 11. n. 34.*
Schrader part. 9. c. 3. n. 25. Curt. Jun. de feud. par. 4.
n. 39.

XLVIII. Et hoc licet eventus proposito non
responderit, nec parricidium subsequutum fue-
rit. *l. 7. ad L. Pompejam de parricid. Schrader part.*
9. cap. 3. n. 25. Vult. d. cap. 11. n. 34.

XLIX. Ad *αυτοχειρία* vero nequaquam hoc por-
rigi debet. *Vult. d. c. 11. n. n. 34. Vide distinguen-*
tem Sonsbecium in part. 12. n. 57.

L. Quamvis haec sit omni jure, tam divino, quam
humano, & tam civili, quam natural prohibita. *arg. s.*
3. J. de Just. & jur. l. 6. s. 7. ff. de re milit. l. 38. s. fin. ff. de
pen. l. 13. ff. ad L. Aquil. Diss. Hortensio ad s. 3. l. de lust. & jur.

— LI. Item culpa, ob quam feudum amittitur, in extraneum committitur, cum vasallus hominem h. e. suum convasallum trucidaverit *tit. 37. lib. 2. Feud. Hotom. in disputat. feud. 24. Vult. d. c. 11. n. 36. Diss. Borch. c. 8. n. 125. & Schrader. part. 9. cap. 3. n. 64.*

LII. Item si vasallus crimen læsæ majestatis committat, *Schrader in d. tractat. feud. part. 9. c. 8. n. 18. Sneidev. part. 8. n. 134. Vult. d. c. 11. n. 36.*

— LIII. Et deniq; si vasallus committat incestum, *Wesenb. c. 15. n. 5. Sonsb. part. 12. n. 57. Zasius part. 10. n. 29. Rittersb. c. 5. quest. 120. et 122. Sneidev. in. part. 8. n. 154. Diss. Curt. Jun. part. 4. n. 40.*

LIV. Et tantum de prima specie culpæ, quæ in committendo consistit: De altera, quæ omit- tendo perpetratur, nunc sequitur: Eaq; primò committitur, cum debita servitia vasallus seni- ori præstare recusat *tit. 24. §. sed non est alia lib. 2. Feud. Borcholt. d. c. 8. n. III. Vult. d. c. 11. n. 22. Sneide- v. in. d. part. 8. n. 13. Duaren. d. cap. 14. n. 12. Wesen- bec. c. 15. n. 7.*

— LV. Secundò cum Dominum in acie deserit *tit. 5. in principio. tit. 21. §. fin. lib. 1. F. tit. 24. §. item qui dominum suum et tit. 57. lib. 2. Feud. Sneidev. part. 8. n. 20. Duaren. c. 14. n. 4. Wesenb. d. c. 15. n. 5. Sonsb. part. 12. n. 10.*

— LVI. Quod & tunc statuendū, quando vasal- lus fugitivus pœnitentiâ ductus, statim in aci- em

em revertitur. *Curt. Jun. part. 4. n. 12. Sonsb. part. 12. n. 14. Diss. Schrader. part. 9. c. 6. n. 87.*

LVII. Nectamen vasallus propriæ vitæ jacturâ Dominum juvare, nec suam vitam Domini sui vitæ postponere tenetur *Duaren. c. 14. n. 9. vide disputationem preced. 10. thes. 30.*

LVIII. Tertio quando grandem aliquam jacturam Domino imminere animadvertens, id non indicat; nec, si potest, avertere studeat *tit. 24. §. præterea lib. 2. Feud. Borch. d. c. 8. n. 106. et seq. Vult. d. c. 11. n. 47. Duaren. c. 14. n. 10. Wesenb. c. 15. n. 7. Sonsb. part. 12. n. 15.*

LIX. Quarto si Dominum in angustijs constitutum, pro viribus non juvit: ut si injustè custodiæ mancipatum non liberet. *Vult. d. c. 11. n. 46. Sneidervv. in d. part. 8.*

LX. Quinto si vasallus Domino suo justiciam facere noluerit. *Sonsb. part. 12. n. 9. Zas. part. 10. n. 43.*

LXI. Si demq; intra legitimū tempus renovationem investituræ non petierit. *tit. 27. lib. 1. et tit. 24. tit. 40. 52. §. 55. lib. 2. Feud. Vult. c. 11. n. 23. Borch. c. 8. n. 4. et seq. Sneidervv. part. 8. n. 1. et seqq. Duaren. in tract. feud. c. 14. n. 2. Wesenb. c. 15. n. 7. Sonsbec. part. 12. n. 3.*

LXII. Sine culpa feudum amittitur primò morte vasalli sine legitimis successoribus decedentis. *Duaren. cap. 16. n. 1.*

LXIII. Secundo Refutatione feudi *Wesenbec. c. 15. n. 1. Duaren. c. 16. n. 2.*

B 3.

LXIV.

LXIV. Tertiò præscriptione libertatis, quæ incipit ab eo tempore, quo Domino servitia sunt denegata, & completur 30. annis. *Wesemb. in tractat. feud. c. 15. n. 3. Duaren. de feud. c. 16. n. 3.*

LXV. Quarto interitu ipsius rei feudalis. *arg. S. final. J. de usufruct. l. pen. C. eod. Vult. lib. 1. Feud. c. 11. n. 5. Wesemb. d. c. 15. n. 1.*

LXVI. Quintò & ultimò feudum amittitur clericatu & defectu corporis, quo quis ad servitia feudalia inhabilis atq; ineptus redditus est. *Sneiderov. part. 8. n. 186. & seqq. Sonsbec. part. 12. n. 133. Rittersb. in partit. feud. lib. 2. cap. 5. q. 10. & 20.*

LXVII. Porrò feudum ob feloniam sive culpam commissam, non ipso jure amittitur ac finitur; sed per sententiã judicis, de causa atq; delicto cognoscentis, reumq; vasallũ condemnantis. *tit. 21. lib. 1. Feud. Rittersb. lib. 2. part. feud. cap. 6. quest. 15. Vult. c. 11. n. 59. Duaren. c. 15. n. 4. Wesemb. cap. 15. n. 9.*

LXVIII. Aljis verò modis absq; culpa vasalli feudum, ipso jure, non expectatã sententiã judicis, extingvitur. *Vide Autores ad prox. thes. alleg.*

LXIX. Et quidem feudum, ob delictum in Domium commissum sive directò, sive per consequentiam, ad dominum revertitur. *tit. 37. lib. 2. Feud.*

LXX. Idq; indifferenter verũ est, tam de novo feudo, quàm de antiquo. *d. tit. 30. & tit. 24. lib. 2.*

E.

F. Rittersh. d. c. 5. quest. 26. Vult. c. II. n. 70. et 71. Duaren. c. 17. n. 2. Zasius part. 10. n. 101. Borch. c. 8. n. 150. & seqq.

LXXI. Etiam si feudum expressè fuerit acceptum pro se & liberis suis, *Fachin. 7. contro. 23. Hartm. Pistor. lib. 2. part. 2. quest. 16. n. 9. Diss. Borch. d. n. 150. Zas. part. 10. n. 98. Rosenth. cap. 11. concl. 5. n. 1.*

LXXII. Idemq; & tunc obtinere putamus, cum propter alienationem feudi beneficio privatur vasallus, *Duaren. c. 17. n. 4. Diss. Rittersh. quest. 24. & seqq. Borcholt. c. 8. n. 142. Vult. d. c. II. n. 78. vers. cum n. ex omnibus.*

LXXI. Quòd si in extraneum fuerit delictum commissum, feudum sive paternum, sive antiquum fit, ad agnatos proximos devolvitur, *tit. 24. §. fin. tit. 26. §. si vasallus. & tit. 37. lib. 2. F. Fachin. lib. 2. contro. 21. Diss. Duaren. de feud. c. 17. n. 3. Zas. part. 10. n. 103. & seq. Sonsb. part. 13. n. 8.*

LXXIV. Cæterum amisso propter feloniam feudo, eoq; ad Dominum vel agnatos reverso omnes fructus tam industriales, quam naturales, fudo adhuc coherentes, unâ cum feudo ad eosdem transeunt. *Rittersh. in partit. feud. lib. 2. c. 6. q. 37. Rosenthal. c. 10. concl. 42. n. 31. Borcholt. de feud. c. 7. n. 95.*

LXXV. Ut & fructus post culpam commissam percepti in universum omnes, pro ratione delicti commissi, vel ad Dominum, vel ad agnatos pertinent. *Rittershus. d. c. 6. quest. 37. & Rosenthal. d. n. 31. Zasius part. 10. n. 74.*

LXXVI. Quos verò ante percepti vasallus, quam feloniam committeret, sibi retinet, etiâ si percepti & à solo separati, nondum sint recoditi. *arg. l. qui scit 25 §. 1. ff. de usur. Schrader. part. 2. part. princip. 9. sect. 3. n. 11.*

LXXVI.

LXXVII. Quòd si sine culpa feudū Domino aperiatur, tū mortuo intra Kalendas Martias & Kalend. Septēb. vasallo, omnes ejus anni fructus ad heredes vasalli transmittuntur: Mortuò verò eodem ante Martiū, vel post Augustum completum, omnes fructus ad dominū devolvuntur, *tit. 28. §. His consequenter. lib. 2. F. Vult d. c. 11. n. 10. Fachin. 7. contr. 95. Borcholt. c. 7. n. 95. Rittersh. d. part. 6. q. 33.*

LXXVIII. Meliorationes atq; impensas in feudum à vasallo factas, quod attinet, omnes omninò, cujuscūq; sint generis vasallus amittit; siquidem culpā & propter feloniam feudo privatus sit. *Vult. d. cap. 11. n. 114. Rittersh. in d. c. 6. quest. 38. Schrader part. 2 part. princip. 9. sect. 2. n. 16. Vide Fachin. lib. 7. contr. 90.*

LXXIX. Citra culpam verò vasalli feudo extincto quasvis meliorationes & impensas ad vasallum ejusq; heredes allodiales transire, non est incerti juris. *Vult. d. c. 11. n. 113. Schrader d. sect. 2. n. 49. Rittershusius d. cap. 6. quest. 38.*

LXXX. Postremò notandum est, quòd quibus excussis vasallus feudum amittit, ex iisdem à Domino commissis ipse Dominus proprietate privetur; Eaq; vasallo acquiratur & Vusufructui consolidetur; sive delictum in ipsum vasallum, sive in extraneum fuerit commissum. *tit. 20. §. de domino. & tit. 47. lib. 2. Feud. Vult. d. c. 11. n. 52. Borch. c. 8. n. 133. Duaren. c. 15. n. 3. Zas. part. 10. n. 80. & seqq.*

LXXXI. Quanquam dubitandum non sit, quin & hæc regula suas quasdam habeat exceptiones, & quædam reperiantur causæ, ex quibus vasallus feudo privaretur, quæ tamen ad Dominum proprietate privandum, non sint sufficientes *Schrader part. 6. c. 7. n. 8. & seqq. Rosenthal. c. 11. concl. 19. lit. b.*

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv.,








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



FEUDALIS
 XI.
 T CAV=
 eudum.
 A.
 demia, VVite-
 m
 IDIO
 CI HUNNII
 fsi J. U. D.
 Sa proponit
 CYGNÆA
 s Electoralis.
 s Et loco consuetis.
 R G Æ
 Seuberlichij.

18.
56

